



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1602**

18. De ijs, quæ pertinent ad quoslibet Religiosos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14077**

pus alteri Religioni obsequium præstet, videlicet, ut concionetur semel, vel ut disputet, vel doceat, excommunicatione afficiatur. Quidam negant, quoniam is iusta de causa id facit: ac proinde habitum non videtur temerè dimittere. Alijs vero probabilius oppositum appetit, eo quod etiam temerè dimittat, qui solùm id facit, ut alienis Religionis inferuatur. Ceterè si id Charitatis lex requirat, ac postulet; nempe, ut alterius Religionis necessitatem subleuet, non est Ecclesiastica pœna reus indicandus: sicut etiam si habitum quis deponeret, ut alterum è mortis periculo liberaret, à latronum, & hostium in fiduci eriperet, & id commode, nisi habitu dimisso, præstare non posset. At vero si grauis necessitas, & causa non sufficit, excommunicationem contrahit, qui dimittit habitum, ut alijs inseruatur.

Dicimodo quicquid queritur, An Monachus, qui intra Monasterij, vel Coenobij claustra temerè habitum dimittit in excommunicationem incidat? Angelus loco *supra citato*, negat, eo quod putat hanc turis pœnam non contrahit, nisi Religionis habitum extra Coenobium dimittat: nam in cap. *V* *periculosa*, dicitur: *qui in scholis, vel alibi, satis effet, inquit Angelus, si diceretur, qui alicubi, vel quois alio loco dimittit. Et quoniam in eo etiam capie, causa redditus, ut periculosa euagandi occasio Religiosis præcidatur.* Sed verius est, quod Syluester, Rosella, & Nauarrus loci prædicti, fenserunt, cum etiam prædictæ iuris pœna subiecti; præsertim cum in Monasterio habitu exitus laicorum oculis patet, aut le illis obiicit.

Dicimosexto queritur, An Religiosus Apostata in Abbatem, aut Præpositum eligi iure queat, postquam ad inclinarem vitæ frugem, & Religionem reuersus est à crimen, & pœna iuris ab-solutus, & bonæ opinionis, ac famæ *Archidiaconom* quidam sequi negat. Alijs vero oppositum probabilius videtur, eo quod nullo iure impeditur, quo minus eligi possit.

### Caput XVIII.

*De his, que pertinent ad quoslibet Religiosos ex Concilio Tridentini decretis.*

**P**ræcepto Sancti Concilij Tridentini *Sess. 25.* de regularib. c. 22. constitutum est, ut omnes, & singuli Canones, qui de Regularibus prescribuntur, in omnibus Monasterijs, Coenobijs, Collegijs, & Conventibus, quorumcumque Monachorum, & Regularium, quamprimum executioni mandentur: ideo breui complectar quicquid in sacris eiusdem Concilij decretis, & Canonibus ad Monachos, Religiosos, & Moniales spectat.

Quod igitur ad Religiosos pertinet, in primis *Sess. 4.* in Decreto de *vñ*, & editione sacrorum librorum, sic habetur: Non licet fratribus imprimere, seu imprimi sacre libros de rebus sacris, sine approbatione Ordinarij, & licencia suorum Superiorum.

**S**ecundo, In *Sess. 5.* cap. 1. De reformatione consensibus, in quibus studia literarum commode vigere possint, sacra Scriptura lectio habeatur, que lectio a Capitulo generalibus, & provincialibus assignetur dignioribus libroribus.

**T**ertiū, In *Sess. 5.* De reformat. cap. 2. & *Sess. 23.*

c. 4. Regulares cuicunque Ordinis, sine licencia Superiorum Ordinarij, & benedictione Ordinarij, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare incipere non possunt: in alijs autem Ecclesijs, ultra licentiam Superiorum, etiam Episcopi licetum habere teneantur, & in illis contradicente Episcopo, prædicare non presumantur.

**Quatuor**, In *Sess. 5.* De reformat. cap. 2. Si aliquis Prædicator (quod absit) errores, aut scandala diffundantur in populo, etiam in Monasterio sui, vel alterius Ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat: quod si heres prædicauerit, contra eum secundum iuris dispositionem aut loci consuetudinem procedat, etiam si Prædicator ipse generaliter, vel specialiter exemptionem se esse praetendat.

**Quinto**, In *Sess. 6.* De reformat. cap. 3. & *Sess. 21.* De regulari. c. 14. Regulares extra Monasterium degentes, etiam sui Ordinis privilegi preterea, ab Ordinario loci, si deliquerint, puniri possint: *Et qui intra claustra Monasterij degnit, etiam Episcopo non subiecti, & extra ea notorie deliquerint, ut populo scandalum sint, intra terminum ab Episcopo præfigendum, a suo Superiori severè puniatur, & de punitione, Episcopum certiore faciat, si minus a suo Superiori officio præcipient, & delinquere ab Episcopo puniri possit.*

**Sexto**, In *Sess. 7.* De reformat. cap. 8. & *Sess. 21.* De reformat. cap. 8. Locorum Ordinarij, Ecclesiæ quacunque quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica singulari annis visitare possint, non autem ipsa Monasteria, quod attinet ad correctionem Fratrum. *Sess. 25.* De regulari. c. 20. Animaduertendum est, nomine Ordinariorum intelligi etiam inferiores Episcopis Ecclesiarum secularium, vel regularium Praefectos, cuiusmodi sunt Abbates, Praepositi, Priors, & alij Religionis Praefecti. Cardin. in *Clement.* 1. q. 8. De supplicatione, negligenti Prelato. Nauarr. consil. 5. de sponsalibus, Glossa in cap. Ordinarij, De officio ordinis in verbo, Locorum, in *Sess. 10.* & cap. *Quesumquam*, De *vñ*, in 6. in verbo, Locorum Ordinario. Vnde in hoc loco non solùm intelliguntur Episcopi, sed etiam Religionum Praefecti, qui suas Ecclesiæ visitant, ut est in more positum. Nam, ut ait Nauar. *Loco citato*, plurimum refer, an constitutio, sive canon concedat aliquâ facultatem Diocesanis, an Ordinarij locorum: nam si concedat Diocesanis, eo ipso, solis Episcopis concedere videatur: si ordinarij locorum, non solùm Episcopis, sed etiam inferioribus Ecclesiarum Praefectis iurisdictionem habentibus concedit.

**Sepuimus**, In *Sess. 14.* De reformat. c. 11. & *Sess. 21.* De Regularib. cap. 19. Regulares translati de uno Ordine ad alium, sub obedientia sui Superioris perpetuo manent, & nulli in cuicunque Ordinis Prelatus, vigore cuicunque facultatis aliquem ad habitu, et professione admovere possit, nisi ut in Ordine ipso, ad quem transferuntur sub sui Superioris obedientia in clauistro perpetuo maneat, & taliter translati, etiam si Canonorum Regularium fuerit ad Beneficia secularia, etiam curia omnino incapax existat. Et nemo uidem Regularis cuicunque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem: nec item detur licentia cuicunque Regulari occulte deferendi habitum sua Religionis.

**Octavo**, In *Sess. 22.* decreto de obliterandis, & vitandis in celebrazione Missæ. Cuicunque generis maledictum condicione, placet, & quicquid pro Missis novis celebrandis datur, atque importune, & idlibet etiam e ceteris missarum exactiones, potius quam postulationes, atque humiliatio, que à Summis iace, vel certe super que in non longe abiunt, amano prohibeantur.

**Nono**, In *eadem Sess.* & Decreto. Episcopi in suis diocesis interdicunt, ne cui vigo, & ignoro Sacerdoti Missarum ce-

sus celebrare liceat. Sic Conciliū : ex quo decreto fit, vt cauti esse debeant Religiosi, ne sine literis dis- missorijs à suo Superiori acceptis, vel Clerici se- culari, ne sine literis commēdatitijs ab Episco- po imperatis se aliò transferant.

**Decimod.** In eadem Sess. & Decreto: Non patiatur Episcopus priuatus in domibus, atq; omnino extra Ecclesiam, & ad diuinū tantum cultū dedicata oratoria ab eisdē Ordinariis designanda, & visitanda, aut ī sacrificium Missie a fe- cularib; aut regularib; quibuscumq; peragi: ac nisi prius qui inseruit decenter compōsito corporis habitu declarauerint, se mente etiā, ac deuoto cordis affectu, nō solum corpore, adesse.

**Vndeclimo.** Ibidem: Cœaur ne Sacerdotes, dijjs, quām debitis horis celebrent, nece ritus alios, & alias cere- monias, vel preces in Missarum celebratione adhibeant p̄reter eas, que ab Ecclesia approbatæ, ac frequenti, & laudabi- li yſu recepta sunt.

**Duodecimod.** Ibidem: quārūdam Missarum, & Can- delarum certum numerum, qui magis a superstitioso cultu, quām à vera Religione inueniuntur est, Episcopi omnino ab Ec- clesia remouant.

**Decimotertiō.** In Sess. 22, cap. 4. De reformat. Qūcunque in Cathedrali, vel Collegiali, Seculari, vel Regu- larī Ecclesia diuinis mācipatiis officijs, in Subdiaconatus Or- dinis saltem constitutus non sit, vocē in huiusmodi Ecclesijs in Capitulo non habeat; etiam si hoc sibi ab alijs liberè fuerit concessum. Sed sc̄iendum est statutis aliquorum Or- dinum esse constitutum, vt etiam, qui sacris Ordinibus initiatio non sunt, habeant ius suffragij in Comitij, siue Cōuentibus, vt in Ordine Minimo- rum decretum esse fertur. Concilium itaque Tri- dentinum non prohibet, quo minus suffragij ius habeant in Capitulo Religiosi nondum in sacris Ordinibus constituti: quoniam Concilij decre- to, Religiosorum Cœnobia, & Monasteria non cōprehenduntur. Ita declarasse Cardinales Con- gregationis destinati ad interpretandas Concilij dubitationes perhibentur.

**Decimoquarto.** In Sess. 14, cap. 2. De reformat. Nullus autque sui proprij Prelati expresso consensu, aut lite- ris dimissorijs ad aliquos sacros, aut minores Ordines, vel pri- marū Tonsuram promoueat: alias ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prelato yſam fuerit, ipso iure est suffensus.

**Decimoquinto.** In Sess. 14, cap. 10. De reformat. Abbatibus, & alijs quibuscumq; quantumvis exemplis non liceat in posterum intra fines aliacius diaconis consti- tui, etiam si nullus diaconis, vel exempti esse dicantur, cui- quam, qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram, aut mi- nores Ordines conferre.

**Decimosextō.** In Sess. 23, cap. 11. Minores Ordines ijs, qui saltem Latinam lingam ineligant, per temporum intermissionis, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conseruantur. H̄i verò non nisi post annum à suscepione po- strem gradus minorum Ordinum ad sacros Ordines promo- ueantur nisi necessitas, aut utilitas Ecclesia iudicio Episco- pi aliud expoçat.

**Decimoseptimod.** In eadem Sess. cap. 12. Nullus etiā Regularis ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum- secundum, ad Diaconatus ante vigesimumtertium, ad Pres- byteratus ante vigesimumquintum etatis sua annum pro- moueat: Regulares quoque nec in minori etate ordinētur, privilegijs quibuscumq; quo ad hoc exclusis.

**Decimoctauo.** In eadem Sess. cap. 13. & 14. Pro- moti ad Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sine versari, ad altiorē gradum, nisi aliud Episcopo vi-

deatur, ascendere non permittantur. Sc̄iendum est, Car- dinales Cōgregationis interpretes Concilij Tri- dentini declarasse: Si in aliquo conuentu fit ne- cessitas ministrorum, quæ Patrum consilio iudi- cetur idonea causa ad hoc, vt aliter fiat, eam ad ordinaturum Episcopum esse referandam, cuius erit iudicare, sit nec ne idonea, & iusta causa.

**Decimonono.** In Sess. 23, cap. 12. Sine diligenti Epi- scopi examine Regulares non ordinēntur, priuilegijs quibus- cunque quoad hoc penitus exclusis.

**Vigesimod.** In eadem Sess. cap. 13. Duo sacri Ordines eodem die etiam Regularibus non conferantur, priuilegijs, arque indultis quibuscumq; concessis non obstantibus.

**Vigesimoprimo.** In eadem Sess. & cap. Subdiacono- ni, & Diaconi sc̄iant maximè decere, si saltem omnibus Do- minicis, & solemnibus, cum altari ministraverint, sacram communionem percepint.

**Vigesimosecondo.** In eadem Sess. cap. 15. Sine pro- batione Episcopi nullus etiā Regularis posset confessiones secu- larium etiam Sacerdotum audire.

**Vigesimotertiō.** In eadem Sess. cap. 17. Sacri alta- vis ministeria non nisi per constitutas in diffīs Ordinibus ex- ercentur. Sc̄iendum est, hoc ideo esse constitu- tum, quia in quibusdam secularium Ecclesijs, & in aliquibus Religiosorum Conuentibus, sacris vestibus induiti solemniter epistolam cātare per- mittebantur, qui nondū erant Subdiaconi creati. Vnde post Concilium Tridentinum, aliqui Ordines constituisse perhibentur, vt in Conuentibus, in quibus Religiosorum numerus sufficit ad sacri altaris ministeria, etiam minima, ab Ordinatis ministris, quoad fieri possit, fiant, & vt nullus deinceps solemnī ritu tanquam Subdiaconus e- pistolam canere permittatur, qui ad eum Ordini- nem nondum ascenderit.

**Vigesimoquarto.** In Sess. 24. De reformat. cap. 2. Synodi Diaconate quotannis celebrentur, ad quas esem- pti etiam omnes, qui alias cessante exemptione interesse de- berent, nec Capitulus generalibus subdantur, accedere tenē- tur. Ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium Ecclesijs, etiam annexarum debeant bi, qui illarum cu- ran gerūt, quicunque illi sint, synodo interesse.

**Vigesimoquinto.** In eadem Sess. De reformat. cap. 18. Examinatores eligendorum etiam ad Beneficia, pos- sunt esse etiam Regulares ex Ordine Mendicantium, inventis ad sancta Dei Evangelia, fideliter se munus executuros. Et caueant, ne quicquam occasione huius examini, nec ante, nec post accipiant, alioqui Simonie & vitium incurant. Et de his omnibus in Synodo Provinciali, si opus fuerit, rationem red- dere tenēntur.

**Vigesimosexto.** In Sess. vlt. De Regularib. cap. 1. Omnes Regulares, tam viri, quām mulieres, ad Regule, quā professe sunt, prescriptum, vitam institutam, & componant: & quae ad communem vitam, viculum, & vestitum conser- uanda pertinent, fideliter obseruent: Omnilq; cura, & diligen- tia à Superioribus adhibeantur, tam in Capitulis Genera- libus, quam in eorū visitacionibus, quas suis temporibus facere non pratermittant, vt ab illis non recedatur.

**Vigesimoseptimod.** In eadem Session. De Regu- laribus cap. 2. Nemini Regularium tam virorum, quam mulierum, licet bona mobilia, vel immobilia cuiuscumque qualitatib; fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita, tam quam propria, aut etiam nomine Conuentus, possidere, vel tenere, sed statim Superiori tradantur, & Conuentui in corporenum.

**Vigesimoctauo.** In eadem Sess. & cap. Non liceat

*Superioribus bona stabilita alicui Regulari concedere, etiam ad ysum fructum, vel ysum administrationem, vel commen-dam. Mobilium vero ysum ita permittare, ut eorum sap-lex statu paupertatis conueniat, nihilque superflui in ea sit. Nihil etiam quod sit necessarium ei, denegetur. Quod si quis alterius quicquam tenere deprehensus, aut consultus fuerit, in biennia ultima voce, et passiva priuatu sit: atque etiam iuxta sue Regule, et Ordinis constitutiones puniatur.*

*Vigesimono[n]do, in eadem Sess. De regularibus cap. 3. In Monasterijs, et Domibus, tam virorum, quam mu-lierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tamum numerus confiliatur, ac in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis Monasteriorum, vel ex con-suetis elemosynis commodè posse sustentari.*

*Trigesimo[n]do, Ibidem, De cetero similia loca non eligan-tur; sine Episcopi, in cuius diaconi confi[n]uenda sunt, licentia prius obtenua.*

*Trigesimoprimo, In eadem Sess. De Regularibus cap. 4. Nullus Regularis, sine sui Superioris licentia prædicationis, lectionis, aut cuiuscumque operis pretextu subiectus se obsequio alicuius Prelati, Principis, Vniuersitatis, et Com-munitatis, quod si contra fecerit tanquam inobedientis arbitrio Superioris puniatur.*

*Trigesimofecundo, Ibidem: Non licet Regularibus a suis Conuentibus recedere, etiam prætextu, ad Superiores suos accedendi; nisi ab eisdem misisti, aut vocati fuerint, alias, qui sine predicio mandato in scriptis obtento, re-peritus fuerit, ab Ordinariis locorum puniatur, ut si inslu-ti desertor.*

*Trigesimotertio, Ibidem: Qui studiorum causa, ad Vniuersitates missuntur, in Conuentibus canicula habent: alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.*

*Trigesimoquarto, in Sess. vlt. De Regularibus cap. 5. Episcopi in omnibus Monasterijs sibi subiectis ordinariam, in alijs vero Seda Apostolicae auctoritate, clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restituantur: et ubi iniulata est confi[n]uari maximè procurent.*

*Trigesimomo[do]quinto, Ibidem: Nemini Sanctimonialium licet post professionem exire è Monasterio, etiam ad breve tempus quocunque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda.*

*Trigesimolexto, Ibidem: Ingredi intra septa Monasterij nemini licet, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexu vel aetas fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in certiss obiecta, sub excusatione p[ro]p[ri]a ipso facto, incurvada.*

*Trigesimoseptimo, Ibidem: Monasteria Sanctimonialium extra mœnia urbis, vel oppidi, carent Episcopi, et alij Superioribus, si ita videbiur expedire, ut ad noua, vel antiqua Monasteria intra urbes reducantur.*

*Trigesimooctauo, eadem Sess. De Regularibus cap. 6. Elecio Superiorum quorumcumque, et aliorum Officialium, ac Generalium, et Abbatissarum fiat per vota secreta; ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.*

*Trigesimono[n]do, Ibidem: In posterum non licet, Provinciales, aut Abbates, Priors, aut alios quo[s]cumque titulares ad effectum electionis faciendo constitutare, aut votos, et suffragia absentium supplere. Scindunt tamen eft Cardinales, Concilij Tridentini interpretes, de claras, Concilium non prohibere, quo minus locum habeat instituta, & decreta Religioni, in quib[us] datur facultas Superioribus abscentibus, & legitimè impeditis, ut mittant ad Generale Con-uentum, alium Religiosum, qui tanquam eorum procurator, suo loco, et nomine in electione, suffragium ferat, ut in Constitutionibus Minimorum habentur.*

*Quadragesimodo, Eadem Session. cap. 7. Abbatissas, et Priorissas, et quocunque alio nomine Prefectas, vel Pre-posita appellentur, elegatur non minor annis quadraginta, quo[rum] olio annis post expressam professionem laudabiliter vi-xerit. Quod si his qualitatibus non reperiatur in Monasterio, ex alio eiusdem Ordinis eligi posse. Si hoc etiam incommo-dum Superiori, qui electioni precessit, videatur, ex his que in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, et quinque saltem annis post professionem recte exercerint, Episcopo, vel alio Superioro consentiente, elegatur. Ibidem: Dubius Monasterijs nulla praeficiatur.*

*Quadragesimoprimo, Ibidem: Is, qui electioni precessit, Episcopis, sive alius Superiori, clausura Monasterij non im-greditur, sed ante Cancellorum fenestram cum vota singulo-rum andatis, et recipiat.*

*Quadragesimosecundo, Eadem Sess. De Regularibus. cap. 9. Monasteria Sanctimonialium, sive Sedi Apo-stolice immediate subiecta, ab Episcopis gubernentur: qua-verò a deputatis in Capitulis Generalibus, vel ab alijs Regu-laribus reguntur, sub eorum cura, et custodia relinquantur.*

*Quadragesimotertio, Eadem Sess. De Regularibus cap. 10. Attendant diligenter Episcopi, et alii Superiores Monasteriorum Sanctimonialium, ut in constitutionibus carum admoneantur Sanctimoniales, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, et Sacrauictam Eucharistiam suscipiant.*

*Quadragesimoquarto, Ibidem: Preter ordinariis Confessore, alius extraordinarius ab Episcopo, et alii Superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debet.*

*Quadragesimomo[do]quinto, Ibidem: Sanctissimū Christi corpus intra Choram, aut septa Monasterij Montium, et in publica Ecclesia, conferuerit, non obstante quocunque induito, aut privilegio.*

*Quadragesimosexto, Eadem Sess. De Regularibus cap. 11. In Monasterijs seu Domibus virorum, seu mulierum, quibus inninet cura animarum personarum secularium, præter eas, que sunt de illorum Monasteriorum seu locorum familiis personae tam Regulares, quam seculare, huiusmodi curam exercentes, subfini immediate in his, que ad dictam curam, et Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, et correctioni Episcopi, in cuius diecesi sunt sitae. Excipit vero Concilium ibi quædam Monasteria.*

*Quadragesimoseptimo, Eadem Sess. De Regularibus cap. 12. Cen[tr]e, et interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiā ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, et Regularibus in eorum Ecclesijs publicentur ait, seruenter.*

*Quadragesimooctauo, Ibidem: Dies festi, quo, in diecesi sua Episcopus seruando precepit, ab exemplis omniibus, etiam Regularibus seruenter.*

*Quadragesimono[n]do, Eadem Sess. De Regularibus cap. 13. Controversias omnes de precedencia, que per se cum scandalo ortuntur, inter Ecclesiasticas personas, tam seculares, quam Regulares, in processionibus publicis, et in alijs similibus, Episcopus amota anni appetitione, et non obstantibus quibuscumque componat.*

*Quinqueagesimodo, Ibidem: Exempti omnes tam Clerici seculares, quam Regulares, etiam Monachi ad publicas processiones votari accedere compellantur; ita tanquam exceptis, qui in strixiori clausura perpetuo vivant.*

*Quinqueagesimoprimo, Eadem Sess. De Regularibus cap. 15. In quacumque Religione, tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante sexum decimum annu[m] explora-tum: nec qui minori tempore, quam per annum post suscep-tum in probatione stererit, ad professionem admittitur: alio-*

tur: alioqui professio nullam obligationem inducat, ad quos cuncte effectus.

Quinquagesimo secundo, Ibidem: cap. 16. Nulla renunciatio, aut obligatio ante facta, etiam cum iuramento, vel in favorem cuiuscunq; causa p[ro]le, valeat, nisi cum licentia Episcopi, sine Episcopi Vicarij fiat intra duos menses proximos, ante professionem: ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secut[us] a professione.

Quinquagesimo tertio, Ibidem: Ante professionem nihil recipiat[ur] de bonis Nouiij, etiam sponte oblationum a parentibus, vel propinquis, vel curatoribus, exceptio villi, & restitu[ti] Nouiij illius temporis, quo est in Probatione, sub pena anathematis danib[us], & recipientibus:

Quinquagesimo quartu[m], Ibidem: Finito tempore Nouitatus, Superioris, Novitios, quos habiles inuenient ad profitendum, admittant, aut eos in Monasterio ejiciant: & ut abeuntibus ante professionem, omnia restituantur, quae sua erant, Episcopus per cōfusas Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat. Notandum est, Cardinales Concilij Tridentini interpretes declarasse, hoc locum tantum habere in ijs Nouitij, quos Superiores tēpore Probationi elapsi, habiles repererint. Nā in ijs, quos non inuenient habiles, si spem tamen probabilē dederint, habiles eos infra sex menses futuros, possit Superiori tempus differre.

Quinquagesimo quinto, Eadem Sessione, De Regularibus, cap. 17. Puella, que habitum Regulariem suscipere voluerit, maior duodecim annis sit, non ante eum suscipiat.

Quinquagesimo sexto, Ibidem: Nec postea ipsa, vel alia professionem emitat, priusquam explorauerit Episcopū, vel eo absente, vel impedito, eius Vicarium, aut aliquis eorum sumpibus ab eis deputatus, Virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat.

Quinquagesimo septimu[m], Ibidem: Ne professionis tempore Episcopus ignorat, seu a Prefecta Monasterij cum uno mensi certorem facere, alias quandiu Episcopo videbitur ab officio suspensa sit.

Quinquagesimo octauo, Eadem Sess. De Regulari. c. 18. Eos, qui cogant mulieres ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum, vel ad emitendam professionem, & qui Sanctam Virginem, vel aliarum voluntatem vel accipiendo vel voti emitendi, quocunque modo sine iusta causa impedierit, sancta Synodus anathemati subiicit.

Quinquagesimo nono, Sess. ultima, De Regularibus c. 19. Quicunque Regularis pretendit se per vim, & metum ingressum esse in Religionem, aut ante etatem debitam professum suisse, aut quid simile, non audiatur, nisi intra quinque annos tanum a die professionis: & tunc non aliter, nisi causas, quas pretenderet deducatur coram Superioris suo, & Ordinario. Quod si ante sponte habitum dimiserit, nulla tenet ad allegandum quacunq; causam admittitur; & tanquam apostata puniatur.

Sexagesimo, Eadem Sess. De Reformat. cap. 3. Prognosis excommunicationis gladius, nervus fit Ecclesiastice discipline, sobrie tamen magna que circumscriptione adhibita exercendus est, cum experientia doceat, eam si temere, aut lexis ex causis, & rebus incutiat, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parare, quam salutem.

Sexagesimoprimum, Eadem Sess. De Reform. ca. 4. In Ecclesijs, ubi magnus Missarum numerus repertus, posuit Generales Ordinum in suis Capitulo Generalibus statuere circa hoc, quicquid magis expedire videbitur. Scendum est, Cardinales Congregationis declarasse

hanc facultatem concessam Episcopis, & Generalibus Ordinum Praefectis, locum habere tantum in Missis ante Concilium Tridentinum promissis.

Sexagesimo secundo, Eadem Sess. De Reformat. cap. 11. Locationes rerum Ecclesiasticarum si anticipatis solutionibus hant, nullatenus in praeindictum successorum validē intelligantur, quocunque indulto, aut privilegio non obstat.

Sexagesimo tertio, Eadem Sess. De Reformat. cap. 13. Quibuscumque in locis iam ante annos quadragesima, Quarta, que funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesijs solita est perjolui, ac postea fuerit ex quocunque privilegio Monasterij concessa, posthac integro iure, & eadē portione, qua ante solebat, ei sem Ecclesijs perfoluantur, non obstantibus quibuscumq; privilegiis, etiam Mari Magno nuncupatis.

Sexagesimo quartu[m], Eadem Sessione, De Regularibus, c. 22. Si qui Regulares, iam viri, quam mulieres sunt, qui sub arctiori regula, vel statu viuunt, excepta facultate habendi bona stabilita in communione, eos ab eorum instituto, & obseruante, sancta Synodus amovere non intendit. Ex quibus verbis colligitur, Minimos, Cappuccinos, Carthusienses, & quoslibet alios Religiosos, qui ratione suæ Regule, Instituti, & Constitutionum arctiori vita generi obstringuntur, id seruare debere.

Sexagesimo quinto, Ibidem sancta Synodus desiderat, ut omnia, & singula supradicta, quam primum executioni demandentur: & praecepit omnibus Episcopis, in Monasterijs sibi subiectis, & in omnibus alijs, ipsi in Superioribus decretis specialiter commisitis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & alijs Superioribus Ordinum supradictorum, ut statim praedicta exequantur: & si quid executioni mandatum non sit, Episcoporum negligentiam Concilia Provincialia suppleant, & coercent. Regularium vero, Capitula Provincialia, & Generalia, & in defectum Capitulorum Generalium, Concilia Provincialia per deputationem aliquorum eiusdem Ordinis prouideant.

### Caput XIX. De Monachorum Institutis.

**H**actenus de Religiosorum Instituto generali egimus: nunc de his, quae sunt aliquarum Religionum propria, tractandum nobis est. Ac primo quidem loco, de ijs, quae ad Monasterios ordinis pertinent; mox de Canonis Regularibus, deinde de Mendicantibus; Postremo de Militaris Ordinibus disseremus.

Primo queritur, Quinam propriè Monachi in iure Canonico accipi debant? Respondeo, eos esse accipiendo, qui tribus votis adstricti, bona stabilita, non priuatim, sed communiter possidēt, & in vita solitaria studium, & vitam incumbunt. Quibus tria, quatuorū attribuit ius ipsum Canonicum, Quietem, & Silentium, Orationem, Contemplationem, inò etiam laborem manuum, capi. De praetextum, 16. questione. Monachus autem gracie idem est, qui latine solitarius: sic enim olim græca voce Monachi dicebantur homines, à ceterorum, confortio sciunt̄, & remoti, qui professi quietem, tacitam, ac durissimam vitam in montibus, saltibus, & speluncis degebat, eamq;